



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Vincentio et Orontio martyribus. Capitulu[m]. cxij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



conscendere coronatas. Qui passi sunt. xij. kal.  
len. ianuarij: vt dicitur ad in martylogio suo.  
De sancto Vincentio leuica  
et martyre. Capitulo. cxi.



**V**incentius le  
uita et martyr genere  
hispanus de ciuitate  
cesaraugustana: pater eurytio:  
aggressis olis nobilissimis et  
suis filio matre enola proge  
nitus est. Qui a pueritia sa  
cris litteris eruditus erat: et sub  
ualerto cesaraugustani. episco  
po moribus et scientia clarebat.

A quo et adhuc iuuenis archidiaconus eius or  
dinatur. Cui episcopus: quia impeditionis lin  
gue fuerat predicandum vices suas commisit:  
ipse vero orationi vacabat. Tempora igitur  
diocletiani et maximiani imperatorum: cum da  
cianus hispaniarum pater nequissimus ciui  
tatem cesaraugustanam esset ingressus: vt chri  
stianos ad sacrificia tormentis compelleret: et  
vincentij laudabilem famam audiret: fecit eum  
vna cum episcopo valerio in carcere detineri.  
Deinde pergens valentia carbenis vinctos in  
collo et manibus post se trahit: ipsosque ibidem cu  
stodie durissime macerari et fame ac inopia die  
bus plurimis macerari. Quos postmodum sibi  
presentatos cum in nullo conspexisset afflictos:  
custodes redarguebat: putans quod ipsos in erga  
stulo reuoluisse. Et iratus valerium interro  
gavit: cur contra precepta principum agere pre  
sumpisset. Qui cum lingue rudis et imperitus  
quasi sub murmure responderet: vincetius ab  
episcopo licentiam petijt respondendi. Qua  
obrem libera et constantissima voce deo gen  
tium demonia esse asseruit: et christum dominum  
se nunquam abnegaturos expressit. Tunc pater  
iratus episcopum in exilium misit: vbi et post  
tempus in pace quiescit: vincetium vero vri re  
bellem et iuuenem temerarium grauissimis tor  
mentis cruciari mandauit. Et primo quidem illi  
fecit in equuleo leuari: et membris distendi tor  
torum: corpore dissipari. Interrogans cum vbi  
nam corpus suum miserabile cerneret. Qui cum  
subridendo diceret: hoc semper optasse et pre  
fidem suis votis optime concordare. Iratus da  
cianus tortores flagellabat: eo quod ipsum in tor  
torum deficiere: stridore dentium fremens: ac quasi  
se magis quam dei martyrem torquentibus ostendens. car  
nifices vero pectines et ungulas ferreas usque ad  
intima costarum fixerunt. Ita vt de toto corpore san  
guis efflueret: et solutis compagibus viscera inter  
na paterent: et cum ministri lassum deficerent: ipse  
satis inuitus in omnibus apparebat. Post hec  
iubente prefide equuleo deponitur: et ad ignis  
patibulum ducitur: qui moras carnificum ar  
guebat: et ad penam alacriter properabat. Tra

ticulam igitur candentem vltro conscendens:  
ibidem assatur exurit: et crematur: membrisque  
omnibus vinctis ferreis infigitur: flamma san  
guine conspergitur: vulnera vulneribus instau  
ratur: sal insuper in ignem mittitur: vt in corpus  
vulneratum insiliens: stridentibus flammis cru  
delius comburatur. Jamque non ad artus: sed  
ad nudata viscera tela iaciuntur: ipseque febre  
de eius corpore extra labuntur. Inter hec ma  
net immotus: et erectus in celum oculis dominum  
precabatur. Tuncque hec daciano nunciata fuis  
sent: iussit eum in carcere terribissimo recludi: et  
ibi testas acutissimas congeri: pedesque eius in  
ligno configi: et extensum super testas relin  
qui. Que cum adimpleta fuissent: pena mutat  
gloriam: nam tenebre carceris diuina supposita  
luce fugantur: testarum asperitas in florum sua  
uitatem mutatur: pedes soluuntur: et martyr  
domini angelorum dulci modulatione consola  
tur. Que custodes per rimas aspicientes con  
uersi sunt. Quidam vero hec presidi nunciarunt:  
at ille se victum reputans: iussit martyrem ad  
lectum transferri: et mollibus stramentis fo  
ueri: reputans eum magis gloriosum facere: si  
deficeret in tormentis. Tunc ergo in lectulo pau  
lulum quiescisset: orans emisit spiritum. Quod  
audiens dacianus doluit: et que non valuit vin  
cere viuum: putauit vincere vel defunctum. Iussit  
igitur corpus in campum deduci: et a vinctis ac  
feris deuorandum exponi. Statimque coruus  
inguluit dedit: corpus custodit: alias aues  
se maiores impetu alarum abegit: et lupi mor  
tibus et clamoribus effugauit. Et in conspe  
ctu sacri corporis fixus cernitur: vtpote. Quod  
ibi angelorum custodiam mirabatur. Tunc iussit  
presidis hoc audientis: ingens mola corpori  
alligatur: et in pelagus proicitur: vt saltem pre  
scibus in partum daretur: sed antequam naute qui  
corpus in mare demerserant ad littus perue  
nirent: cadaver solutum in littus a fluctibus  
deductum est. Quod a quadam matrona vna  
ipso reuelante repertum est: et ab ipsa vna cum  
quibusdam fidelibus in modica basilica sepul  
tum. Cessante vero persecutione corpus ad ci  
uitatem valentianam deducitur: et iuxta muros  
honorificentius tumulatur. Passus est autem  
christi martyr. xi. kalen. februarij.

De sanctis Vincentio et Orontio  
martyribus. Capitulo. cxij.



**V**incentius et Oron  
tius martyres passi sunt apud  
hispaniam rege diocletiani et ma  
ximiani imperatorum sub rustino  
prefide hispaniarum. Qui feruore  
fidei accensi se sponte iudici offerentes: et ipm  
magnanimitate confitentes iussu presidis capi  
tali sententia puniuntur: quorum corpora victo



**De sanctis in mēse ianuarij occurrētibus Folio. xliij.**

quidam leuita: qui eos hospicio susceperat: se-  
peluit: propter quod et ipse a iudice tentus bra-  
chys sibi a cubitis percussis in eodem loco vbi et  
illi passi fuerant decollari iubetur. Quod videns  
pater victoris: quia ipse christianus erat: fugas  
arripuit: sed a coniuge aquilina nomine horta-  
tus rediens vna cum filio capite cesus est. Ho-  
rum omnia corpora pontius episcopus diuina  
revelatione commonitus: plaustro imposita ad  
loca pristina italle deferebat: donec iuxta ciui-  
tatem hebredeunē. peruenerunt: vbi bubus se-  
figentibus: nulloq; modo inde ultra abire valē-  
tibus corpora martyru sepulta sunt: diuina co-  
gnita voluntate. Horum natale recolit. ij. kalē.  
februarij: vt dicit Aido.

**De sancto Anastasio martyre et  
socijs.**



**Anastasius mona-**

chus et martyr octauo heracii im-  
peratoris anno sub persecutione  
Cosroe regis iniqui Persarum:  
martyrium passus est. Hic natio-  
ne persa de regione razerh fundo rasuum: voca-  
batur magundath filius Bau maximi magi: et  
ipse magis ab annis iuuenilibus eruditus mi-  
lesq; strenuus fuit in regia ciuitate persarum.  
Postq; no terra sancta a cosroe rege occupata  
est: et crux dominica capta: ipse cum christianis  
captiuis ductis in perfidem conuersatus: et ab  
eisdem in fide christi docuus est: moxq; amore  
baptismatis inhi animatus relicta militia et ma-  
gicarum artium libris exiit: venit in partes  
orientis. Et apud malleatorē quēdam xpianum  
anno integro mansit: et artem suam optime didi-  
cit. A quo de mysterijs fidei plenius informatus  
hierosolymā venit: et a quodam modo presby-  
tero baptisma suscepit. Et post hoc apud heliā  
presbyterum octo diebus degit: a quo etiā in  
amore christi confortatus exiit. Deinde in mo-  
nasterio quod quattuor milibus a hierosolyma  
distat: sub abbate iustino monasticum habitum  
sumpsit: in quo dudū laudabiliter vixit. Post q;  
martyrij desiderio fragrans: diuina visione cō-  
monetur: vt loca sacra vísitet: et sic ad passiones  
optaram peruenerit. De licentia igitur sui abba-  
tis abiit diospolim: deinde cesareas palestine:  
deinde sacris locis iustratis calcedonias venit:  
vbi dum quosdam magos repertos argueret: et  
interrogatus cuius esset secte: se christicolam  
respondisset: tentus est a barbazana iudice im-  
peratoris cosroe: et vinculis ferreis abstrictus  
per dies plurimos: deinde grauissime cesus: in  
castello quodam arctissime custodie mancipat:  
vbi angelica vísitatione cum splendore nimio cō-  
fortatur. Quem cū imperator relaxa fuisset:  
ipsūq; olim suum militem recoluisset: manda-  
uit illum sibi in perfidam vinculis ferreis con-  
strictum destinari. Quem cum sibi presentatus

et interrogatum christianissimum repperisset  
in predio bethsalces ipsum magno cathenatus  
pondere pressum durissimo carceri mancipari  
iussit: et in media diebus quindecim macerari.  
Post hec eductum iterumq; interrogatum: et  
in christi fide constantissime persistentem: ab  
vno brachto per duas horas suspendi fecit: et  
post hec iterum flagellari. Nouissime cum sexa-  
ginta christianis qui cum eo de Cesarea vene-  
rant: et eb eodem rege detenti fuerant: extra  
villam Bethsalces fecit educi: ipsosq; omnes  
vt ex hoc terretur: spectante christi martyre res-  
tibus prefocari. Qui dum omnium nece conspe-  
cta constantior videretur: omnium vltimus et ipse  
iussu imperatoris prefocatus: et deinde decol-  
latus est. Eius corpus a quodā christiano tri-  
buno magno precio redemptum a periculis ab  
alio: um martyru corporibus segregatur: et ab  
eodem noctu arreptum ad monasterium sancti  
Sergij martyris: quod vno miliario a castello  
distat: clandestine ducitur: et ibidem honori-  
fice tumulatur. Nunc autem dicitur esse in eccle-  
sia sancte trinitatis de venetijs: quod ab inco-  
lis ipsius vrbis de constantinopoli illuc asserit  
fuisse translatum. Qui passus est vndecimo ka-  
lendas februarij.

**De sancto Anastasio monacho et  
confessore.**



**Anastasius con-**

fessor: et monachus: roma-  
ne ecclesie notarius fuit.  
Qui soli deo seruire deside-  
rans: officium reliquit: et in  
monasterio quod dicitur sup-  
petrona iuxta nepesinā vs-  
bem positus monachus factus: in sanctis acti-  
bus vitam duxit: cuius post tempus monasterio  
solerti custodia prefuit. Quadam no nocte de  
rupe que cenobio in monte preeminet facta vox  
insonuit: que anastasium primo inde septē fra-  
tres alios nominatim vt venirent vocauit. Par-  
uo deinde momento vox siluit: et post hec octa-  
uum fratrem iterum euocauit: que quidem vo-  
ces ab omnibus fratribus audite sunt. Intra  
paucos igitur dies prius anastasius abbas: de  
inde ceteri eo ordine ex carne educti sunt: quo  
de rupis vertice vocati fuerunt: frater no ille  
ad quem vocandum vox aliquātulum siluit: mo-  
rientibus alijs paucis diebus superuixit: et tūc  
ipse etiam vitam finit. Sed mira res conti-  
git: quia dū anastasius migraret a corpore: erat  
quidam frater qui super eum viuere nolens: p-  
noluit eius pedibus cum lachrymis illum ad-  
iurauit: vt per eum ad quem sbar taliter ageret  
ne septem dies in mundo eidem superuiveret.  
Ante no septimū diem etiā ipse defunctus est:  
qui tamen illa nocte inter ceteros vocatus non  
fuerat: vt ex hoc aperte claresceret: qz eius obi-  
f ij